

**OFFICIA PROPRIA  
SANCTORUM**

**VALENTINÆ DIOECESIS,  
EX APOSTOLICA CONCESSIONE,  
ET AUCTORITATE**

**SUMMORUM PONTIFICUM,**

Ad formam Breviarii Romani redacta.

**PARS ÆSTIVA.**



**VALENTIÆ.**

Ex Typographia **BENEDICTI MONFORT.** Sumpt.  
Almæ Ecclesiæ Metropolitanæ, ann. 1794.  
**Superiorum permissu,**

1794

OFFICIA REGIA

SANCTORUM

EX APOSTOLICA COMMISSIONE

ET AUCTORITATE

SUMMORUM PONTIFICUM

Ad formam Brevis Romani sedis

PARS SESTIVA



VALENTIA

Ex Typographia Benedicti Monforti  
Almæ Ecclesiæ Menopolitane, ann. 1794.  
Superiorum permissu

## JULIUS.

- Die 4.** { **B. GASPARIS BONO** Conf. dup.  
minus, fol. 1.
- Fer. iv.** { post Octavam Apostolorum Petri,  
& Pauli, **Festum SANGUINIS**  
**CHRISTI**, dup. majus, fol. 3.
- Dom. i.** { post Octavam Apostolorum Petri,  
& Pauli, **Festum ANGELI CUS-**  
**TODIS**, dup. maj. fol. 24.
- Die 23.** { **Ss. BERNARDI, MARIE, ET**  
**GRATIE** Mart. dup. fol. 45.

## AUGUSTUS.

- Die 19.** { **S. LUDOVICI** Episc. & Confes.  
duplex majus, fol. 49.

IULIUS

216 4. } R. GASPARIUS BONO COME DUP.  
 minus, fol. 1.  
 post Octavam Apostolorum Petri  
 & Pauli, festum ANTONII  
 CHRISPI, dup. majus, fol. 3.  
 post Octavam Apostolorum Petri  
 & Pauli, festum ANTONII CHRIS-  
 TIDIS, dup. maj. fol. 24.  
 217 2. } M. MARIANO, MARIANO, M.  
 GRAHAM Mart. dup. fol. 47.

AUGUSTUS

218 19. } LUDOVICI REX & CAROLUS  
 duplex majus, fol. 49.

DIE IV. JULII.

IN FESTO

B. GASPARI DE BONO  
CONFESSORIS.

DUPLEX.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis præter ea quæ sequuntur.

In i. Nocturno, Lectiones de Script. occurrente.

In Hymno: Iste Confessor, mutatur 3.  $\psi$ .  
1. Strophæ.

In ii. Nocturno.

Lectio iv.

Oratio.

**D**Eus, qui Beatum Gasparem Confessorem tuum, insigne tuæ dilectionis & Sacerdotalis ministerii exemplar esse voluisti; da nobis ejus precibus, ut per eadem vestigia gradientes, præmia consequi mereamur æterna. Per Dominum &c.

**G**Aspar Valentia Ede-tanorum in Hispania humilibus quidem, ac piis parentibus ortus, ab ipsa jam pueritia Dei amore præventus, egregia futuræ sanctitatis præbuit argumenta. Annum agens decimum quintum in Ordinem Prædicatorum adscribi voluit; sed parentum inopia, & cognatorum hortationibus co-

A ac-

actus à S. Dominici Coenobio discedere antequam religioso habitu indueretur, divitis primum mercatoris famulatus se addixit; deinde Catholici Regis, & Imperatoris Caroli Quinti vexilla in equitatu sequutus est, & militatum abiit in Italiam.

### Lectio v.

**D**ecimo jam stipendio fungebatur in castris Cæsaris, magnamque præclaris operibus cum animi non instrenui, tum præsertim pietatis, ac miserationis, innocentiae, & virtutis coeperat opinionem, quum fortiter pugnans, in foveam præceps delabatur, suoque ipso equo comprimitur. Jacentem hostes circumveniunt, vehementique hastæ ictu in capite lethaliter vulnerant, ac pene conficiunt. In tanto vitæ discrimine coeleste auxilium Gaspar expos-

cit, arctiorisque profitendæ disciplinæ in Ordine Minimorum Sancti Francisci de Paula voto se obstringit. Nec mora: adest continuo suorum manipulus, qui è fovea eductum ad Castrense Nosocomium defert. In equum opinione facilius, atque celerius convaluisset, terrenæ militiæ sacramento solutus, in patriam rediit, ibique ut nuncupatum Deo votum solveret ad Coenobium Minimorum Sancti Sebastiani se contulit, in quo admissus, obedientia, animi demissione, vigiliis, ac orandi assiduitate, & junioribus incitamento fuit, & provectioribus anteivit.

### Lectio vi.

**E**Xacto tyrocinii anno, ac Sacerdos post solemniter professam Instituti observantiam ex obedientia factus, charitas

tas Dei, quæ jam erat in ejus corde à prima ætate diffusa, miro, planeque singulari modo in dies cõruscavit. Mundanis enim quibuscumque affectibus à se abdicatis, ciliciis, flagellis, jejuniis corpus afflixit, spiritum vero divinarum rerum meditatione enutrivit. Sacrarum confessionum excipiendarum munere Præfecti jussu suscepto, plures è vitiorum coeno ad pie, christianeque vivendum adduxit. Aliquibus primo sui Ordinis Coenobiis, Valentino nempe, & Alaquensi, ac tribus in Majoricæ Insula nuper erectis; Barchinonensi item, ac Perpinianensi, mox universæ Provinciæ Præpositus, dici vix potest, quantum prudentia, justitia, mansuetudine, atque humilitate excelluerit. His dotibus Deo charus, hominibus admirabilis, Provinciæ præfe-

ctura se abdicat, ac vi morbi paulatim consumptus, Ecclesiæque Sacramentis ritè munitus, inter suavissima Jesu, Mariæ, ac Josephi nomina, iis evangelicis verbis Christi Domini è Cruce morientes: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, clara voce repetitis, obdormivit in Domino pridie Idus Julii anno millesimo sexcentesimo quarto. Quem pluribus etiam post obitum illustrem Miraculis Pius Sextus Pont. Max. solemniter ritu Beatorum fastis adscripsit.

In iii. Nocturno, Lect. de Homilia Sancti Gregorii Papæ in Euang. Sicut lumbi vestri, de Comuni Confessoris non Pontificis.

### MENSE JULIO.

In festo Sanguinis Christi, duplex majus.

A 2

Ce-

Celebratur Feria iv. post  
Octavam Sanctorum Apo-  
stolorum Petri &  
Pauli.

AD VESPERAS.

*Añã.* Christum propòsuit  
Deus , cum reliquis de  
*Laudibus. Psalmus. Dixit*  
Dòminus, cum reliquis, ut  
in festo S. Vinc. Mart. 7.

*Capitul. Ad Hebr. 9. e.*

**F**Ratres , tabernacu-  
lum, & ómnia vasa  
ministèrii sángine aspér-  
sit Móyses : & ómnia pe-  
nè in sanguine secúndum  
legem mundántur, & sine  
ságuinis effusiòne non fit  
remissio.

*Hymnus.*

**M**aximus Redemptor  
orbis  
Morte vitam contulit:  
Qui nec argénto cadúco,  
Sed nec auro lábili,  
Còrporis tamen sacráti  
Nos remèdit ságuine.  
*M*itis agnus immolâtur

Omniùm pro crimine:  
Ne quod arte fabricátum  
Conditòris extitit,  
Dirus hostis possidèret,  
Qui malum suggèsserat.  
*M*agna præstat immolâ-  
tus

Dux salútis ómniùm:  
Complect excéssum , fi-  
dèles

Quem prophætæ díxe-  
rant:

Nostra tunc peccáta sol-  
vit

Nos tyránno líberans.

*M*isit infans carne scissus,

Misit orans ságuinem:

Misit & flagélla passus,

Orbe punctus spíneo:

Dum manus, pedes, la-  
túsque

Pandit, offert ságuinem.

*L*aus, honor, virtus su-  
préma

Conditóri máchinæ,

Quam Pater summus gu-  
bérnat,

Natus, atque Spíritus,

Omnibus Deus coléndus

Sæculorùm sæculis.

Amen.

†.



*ψ.* Redemisti nos Dó-  
mine.

*π.* In sáanguine tuo.

*Ad Magnificat , Añã.*

Sáanguis Christi , qui per  
Spíritum Sanctum semet-  
ípsam obtulit immaculá-  
tum Deo , emundábit  
consciéntiam nostram ab  
opéribus mórtuis , ad ser-  
viéndum Deo vivénti.

*Oratio.*

**O**Mnípotens sempí-  
térne Deus , qui  
sáanguine Filii tui placári,  
& nos rédimi voluisti : con-  
céde nobis , quæsumus,  
salútis nostræ prétium ita  
recólere , ut & nunc vé-  
niam , & in ætérnum gló-  
riam cónsequi valeámus.  
Per eúndem Dóminum  
nostrum.

*Ad Matutinum , Invitat.*

Christum Dei Fílium, qui  
suo nos sáanguine redêmit,  
• Veníte adorêmus.

*Psalmus.* Veníte exultê-  
mus.

*Hymnus.*

**S**anguis olim víctimá-  
rum,

Quem vetus Lex obtulit,  
Foederis novi sacrátum  
Nuntiábat sáanguinem:

Quo redempti , sanctitá-  
tem

Assequámur spíritus.

**L**ex amôris postulábat  
Differéntem víctimam,

Offerens ubi sacérdos

Esset idem víctima:

Seque clemens immoláret

In medéllam críminum.

**I**n Crucem Redemptor  
actus

Nostra delet crímina:

Quando pro salúte mundi

Ex sacráto corpore

Uberes rivi cruôris

Copiósè prófluunt.

**P**erforátur namque cla-  
vis,

Et latus disrúmpitur:

Unde Sacraménta ma-  
nant,

Labe quæ nos ábluant:

Hinc caput nostræ salútis

Confitêmur sáanguinem.

**L**aus,

**L**aus, honor, virtus su-  
prêma  
Conditóri máchinæ,  
Quam Pater summus gu-  
hêrnat,  
Natus, atque Spíritus,  
Omnibus Deus coléndus  
Sæculôrum sæculis.  
Amen.

**In primo Nocturno**

**Añã.** Accípiens sánguinem  
Móyses, omnem pópu-  
lum aspérsit, dicens: Hic  
sánguis testaméti, quod  
mandâvit ad vos Deus.

**Psalmus 2.**

**Q**Uare fremuérunt  
gêntes, \* & pópu-  
li meditáti sunt  
inánia?

**A**stitérunt reges terræ,  
& príncipes convenérunt  
in unum \* advérsus Dó-  
minum, & advérsus Chri-  
stum ejus.

**D**irumpâmus víncula eô-  
rum: \* & projiciâmus à  
nobis jugum ipsôrum.

**Q**ui hábitat in cælis, ir-

ridêbit eos: \* & Dóminus  
subsannâbit eos.

**T**unc loquêtur ad eos in  
ira sua, \* & in furôre suo  
conturbâbit eos.

**E**go autem constitûtus  
sum Rex ab eo super Sion  
montem sanctum ejus,  
\* prædicans præcéptum  
ejus.

**D**óminus dixit ad me: \*  
Filius meus es tu, ego  
hódie genui te.

**P**óstula à me, & dabo  
tibi gêntes hereditâtem  
tuam, \* & possessiônem  
tuam términos terræ.

**R**eges eos in virga fér-  
rea, \* & tamquam vas fi-  
guli confrínges eos.

**E**t nunc reges intelligi-  
te: \* erudímini qui judi-  
câtis terram.

**S**ervíte Dómino in timô-  
re: \* & exultâte ei cum  
tremôre.

**A**pprehéndite disciplí-  
nam, ne quándo irascâtur  
Dóminus, \* & pereâtis  
de via justa.

**C**ùm exárserit in brevi  
ira

ira ejus, \* beati omnes  
qui confidunt in eo.

**Añã.** Accipiens sanguinem Moyses, omnem populum aspersionem, dicens: Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus.

**Añã.** Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

**Psalmus 3.**

**D**omine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? \* multi insurgunt adversum me.

**M**ulti dicunt anime mee: \* Non est salus ipsi in Deo ejus.

**T**u autem Domine susceptor meus es, \* gloria mea, & exaltans caput meum.

**V**oce mea ad Dominum clamavi: \* & exaudivit me de monte sancto suo.

**E**go dormivi, & soporatus sum: \* & exurrexi, quia Dominus suscepit me.

**N**on timebo millia populi circumdantis me: \* exurge Domine, salvum me fac Deus meus.

**Q**uoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: \* dentes peccatorum contrivisti.

**D**omini est salus: \* & super populum tuum benedictio tua.

**Añã.** Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

**Añã.** In sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.

**Psalmus 15.**

**C**onserva me Domine, quoniam speravi in te. \* Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

**S**anctis, qui sunt in terra ejus, \* mirificavit omnes voluntates meas in eis.

**M**ul-

**M**ultiplicatæ sunt infirmitates eorum : \* postea acceleraverunt.

**N**on congregabo conventicula eorum de sanguinibus : \* nec memor ero nominum eorum per labia mea.

**D**ominus pars hereditatis meæ , & calicis mei : \* tu es , qui restitues hereditatem meam mihi.

**F**unes ceciderunt mihi in præclaris : \* etenim hereditas mea præclara est mihi.

**B**enedicam Dóminum , qui tribuit mihi intellectum : \* insuper & usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

**P**rovidēbam Dóminum in conspéctu meo semper : \* quóniam à dextris est mihi , ne commovear.

**P**ropter hoc lætatum est cor meum , & exultavit lingua mea : \* insuper & caro mea requiescet in spe.

**Q**uóniam non derelinques animam meam in inférno : \* nec dabis sanctum tuum vidēre corruptionem.

**N**otas mihi fecisti vias vitæ , adimplēbis me lætitia cum vultu tuo : \* delectationes in dextera tua usque in finem.

**Añã.** In sânguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu , in quo non est aqua.

**ψ.** Redemisti nos Dómine. **℣.** In sanguine tuo.

**P**ater noster. **Absolutio.** Exáudi Dómine. **ψ.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictione perpétua.

De Libro Exodi.

**Lectio i. cap. 12. a.**

**D**ixit Dóminus ad Móysen , & Aaron in terra Ægypti : Loquimini ad univérsum coetum filiôrum Israël , & dicite eis : Décima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias

lias & domos suas. Erit autem agnus absque mácula, másculus, annículus: juxta quem ritum tollétis & hoedum. Et servábitis eum usque ad quartamdecimam diem mensis hujus: immolabítque eum univérsa multitúdo filiôrum Israël ad vésperam. Et sument de sánguine ejus, ac ponent super utrúmque postem, & in superlimináribus domôrum, in quibus comedent illum.

**R.** Gratificávit nos Deus in dilécto filio suo, in quo habémus redemptiônem, \* Per sánguinem ejus. **ψ.** Remissiônem peccatôrum secúndum divítias grátiae ejus, quæ superabundávit in nobis. Per sánguinem ejus. **Benedictio.** Unigénitus Dei Fílius.

### Lectio ii.

**T**Ransíbo per terram Ægypti nocte illa, percutiámque omne pri-

mogénitum in terra Ægypti ab hómine usque ad pecus: & in cunctis diis Ægypti fáciam júdicia, ego Dóminus. Erit autem sánguis vobis in signum in ædibus in quibus éritis: & vidêbo sánguinem, & transíbo vos: nec erit in vobis plaga dispérdens, quando percússero terram Ægypti. Habébitis autem hunc diem in monumentum: & celebrábitis eam solémnem Domino in generatiônibus vestris cultu sempitérno.

**R.** Non corruptibilibus auro, vel argénto redempti estis de vana vestra conversatiône patérnæ traditiônis: \* Sed pretiôso sánguine quasi agni immaculáti Christi. **ψ.** Ex corde ínvicem dilígite, renáti non ex sémine corruptibili. Sed pretiôso. **Benedictio.** Spíritus sancti grátia.

### Lectio iii.

**V**Ocávit autem Móyses omnes seniôres  
B fi-

filiôrum Israël, & dixit ad eos: Ite tollentes animal per familias vestras, & immolâte Phase. Fasciculumque hyssôpi tîngite in sânguine, qui est in limine, & aspérgite ex eo, superlimináre, & utrúmque postem: nullus vestrum egrediâtur óstium domus suæ usque manè. Transibit enim Dóminus percútiens Ægyptios: cùmque viderit sânguinem in superliminári, & in utrôque poste, transcendet óstium domus, & non sinet percussôrem ingredi domos vestras & lædere.

**R.** Christus peccâta nostra pértulit in corpore suo super lignum, ut peccâtis mórtui, justitiæ vivâmus: \* Cujus livôre sanâti estis. **ÿ.** Eratis enim sicut oves errâtes, sed conversi estis nunc ad pastôrem animârum vestrârum. Cujus livôre. **G** lória Patri. Cujus livôre.

In secundo Nocturno.

**Añã.** Justificáti in sânguine Christi, salvi érimus ab ira per ipsum.

Psalmus 22.

**D**ominus regit me, & nihil mihi déerit: \* in loco páscuæ ibi me collocâvit.

**S**uper aquam refectiônis educâvit me: \* animam meam convértit.

**D**edúxit me super sémitas justitiæ, \* propter nomen suum.

**N**am, & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timêbo mala: \* quóniam tu mecum es.

**V**irga tua & báculus tuus, \* ipsa me consolâta sunt.

**P**arásti in conspéctu meo mensam, \* advérsus eos qui tribúlant me.

**I**mpinguásti in óleo caput meum: \* & calix meus inébrians quàm præclárus est!

**E**t misericórdia tua sub-

se-

sequetur me \* omnibus  
diebus vite mee.

Et ut inhabitem in do-  
mo Domini, \* in longi-  
tudinem dierum.

**Añã.** Justificati in sangui-  
ne Christi, salvi erimus  
ab ira per ipsum.

**Añã.** Pretio empti estis,  
nolite fieri servi homi-  
num.

**Psalmus 29.**

**E**xaltabo te Domine  
quoniam suscepisti  
me: \* nec delectasti ini-  
micos meos super me.

Domine Deus meus cla-  
mavi ad te, \* & sanasti  
me.

Domine eduxisti ab in-  
ferno animam meam: \*  
salvasti me a descenden-  
tibus in lacum.

Psallite Domino sancti  
ejus: \* & confitemini me-  
moriae sanctitatis ejus.

Quoniam ira in indigna-  
tione ejus, \* & vita in  
voluntate ejus.

Ad vesperum demorabi-

tur fletus, \* & ad matu-  
tinum letitia.

Ego autem dixi in abun-  
dantia mea: \* Non mo-  
vebor in æternum.

Domine in voluntate tua,  
\* prestitisti decori meo  
virtutem.

Avertisti faciem tuam a  
me, \* & factus sum con-  
turbatus.

Ad te Domine clamabo:  
\* & ad Deum meum de-  
precabor.

Quæ utilitas in sanguine  
meo, \* dum descendo in  
corruptionem?

Numquid confitebitur ti-  
bi pulvis, \* aut annun-  
tiabit veritatem tuam?

Audivit Dominus, &  
misertus est mei: \* Dó-  
minus factus est adjutor  
meus.

Convertisti planctum  
meum in gaudium mi-  
hi: \* conscidisti saccum  
meum, & circumdedisti  
me letitia:

Ut cantet tibi gloria  
mea, & non compun-  
gar.

gar , \* Dómine Deus meus in ætérnum confitêbor tibi.

**Añã.** Prétio empti estis, nolíte fieri servi hóminum.

**Añã.** Dedit semetípsum Jesus Christus pro nobis, ut nos redímeret ab omni iniquitâte.

**Psalmus 63.**

**E**Xáudi Deus oratió-  
nem meam cum dé-  
precor : \* à timóre inimi-  
ci éripe ánimam meam.

**P**rotexisti me à convén-  
tu malignántium , \* à  
multitúdine operántium  
iniquitátem.

**Q**uia exacuérunt ut glá-  
dium línguas suas : \* in-  
tendérunt arcum rem amâ-  
ram , ut sagittent in oc-  
cúltis immaculátum.

**S**úbitò sagittábunt eum,  
& non timébunt : \* fir-  
mavérunt sibi sermónem  
néquam.

**N**arravérunt ut abscón-  
derent láqueos : \* dixé-  
runt : Quis vidêbit eos?

**S**crutáti sunt iniquitâtes :  
\* defecérunt scrutántes  
scrutinio.

**A**ccêdet homo ad cor  
altum : \* & exaltábitur  
Deus.

**S**agittæ parvulôrum fa-  
ctæ sunt plagæ eôrum : \*  
& infirmatæ sunt contra  
eos línguæ eôrum.

**C**onturbáti sunt omnes  
qui vidébant eos : \* & ti-  
muit omnis homo.

**E**t annuntiavérunt opera  
Dei : \* & facta ejus intel-  
lexérunt.

**L**ætábitur justus in Dó-  
mino , & sperábit in eo , \*  
& laudabuntur omnes re-  
cti corde.

**Añã.** Dedit semetípsum  
Jesus Christus pro nobis,  
ut nos redímeret ab omni  
iniquitâte.

**ÿ.** Beáti qui lavant sto-  
las suas.

**ÿ.** In ságuine agni.

**P**ater noster. **Absolutio.**

Ipsíus píetas. **ÿ.** Jube  
domne. **Benedictio.** Deus  
Pater omnípotens.

Ser-



Sermo sancti Joannis  
Chrysostomi.

*Homilia ad Neophytos  
ante medium.*

**Lectio iv.**

**V**ultis sanguinis Christi audire virtutem? Redeamus ad ejus exemplum, & priorem typum recordemur, & pristinam scripturam narremus. In Ægypto nocte media Ægyptiis Deus plagam decimam minabatur, ut eorum primogénita deperirent, quia primogénitum ejus populum detinebant. Sed ne amata plebs Judæorum unà cum illis periclitaretur, quia unus locus continēbat universos, remedium discretiōnis inventum est. Proinde exemplum mirabile, ut discas in veritate virtutem. Ira divinæ indignationis sperabatur, & domos singulas mortifer circumibat. Quid igitur Moyses? Occidite, in-

quit, agnum anniculum, & sanguine ejus linite januas.

**R.** Ipse est caput corporis Ecclesiæ, \* Ut sit in omnibus ipse primatum tenens. **V.** Quia complacuit per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt. Ut sit in omnibus **Benedictio.** Christus perpétuæ.

**Lectio v.**

**Q**uid ais Moyses? Sanguis ovis rationalem hominem liberare consuēvit? Valde, inquit: non eo quod sanguis est; sed quia Domini sanguinis per eum demonstratur exemplum. Nam sicut regnantium statuarum, quæ sine causa sunt & sermone, nonnumquam ad se confugiētib; hominibus anima & ratione decoratis subvenire consueverunt, non quia sunt  
ære

ære confectæ , sed quia rétinent imáginem principiálem : ita & sánguis ille , qui irratiónalis fuit, ánimos habentes hómínes liberávit , non quia sánguis fuit : sed quia hujus sánguini ostendébat advéntum.

*R.* Cùm essétis aliquando alienáti , & inimíci sensu in opéribus malis : \* Nunc reconciliávit vos Christus in córpore carnis suæ per mortem. *V.* Ut exhibêret vos sanctos & immaculátos , & irreprehensibiles coram ipso. Nunc reconciliávit. *Benedictio.* Ignem sui amôris.

### Lectio .vi.

**A**ngelus ígitur ille vastátor cùm linítos postes , atque áditus pervidéret , transjécit gressus , & non est ausus intrâre. Nunc ergo si viderit inimícus non póstibus impósitum sánguinem ty-pi , sed fidélium ore lu-

céntem sánguinem veritátis , Christi templi póstibus dedicátum, multo magis se súbtrahet. Si enim Angelus cessit exémplo, quantò magis terrébitur inimícus , si ipsam perspéxit veritátem?

*R.* Dignus es Dómine accípere librum , & aperíre signácula ejus : quóniam occísus es , & redemísti nos Deo , \* In sángvine tuo. *V.* Et fecísti nos Deo nostro regnum , & regná-bimus super terram. In sángvine tuo. *G*lória Patri. In sángvine tuo.

### In tertio Nocturno.

*Añna.* Vos qui aliquándo erátis longè , facti estis propè in sángvine Christi.

### Psalmus 73.

**U**T quid Deus reputásti in finem : \* irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ ?

*M*emor esto congregatiónis tuæ , \* quam possedísti ab inítio.

*R e-*

**R**edemisti virgam hereditatis tuæ : \* mons Sion, in quo habitasti in eo.

**L**eva manus tuas in superbias eorum in finem : \* quanta malignatus est inimicus in sancto !

**E**t gloriati sunt qui oderunt te , \* in medio solemnitatis tuæ.

**P**osuérunt signa sua , signa : \* & non cognoverunt sicut in exitu super summum.

**Q**uasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum : \* in securi & ascia dejecerunt eam.

**I**ncenderunt igni sanctuarium tuum : \* in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

**D**ixerunt in corde suo cognatio eorum simul : \* Quiéscere faciamus omnes dies festos Dei à terra.

**S**igna nostra non vidimus , jam non est Propheta : \* & nos non cognosceret amplius.

**U**squequò Deus improperabit inimicus , \* irritat adversarius nomen tuum in finem ?

**U**t quid avértis manum tuam , & dexteram tuam , \* de médio sinu tuo in finem ?

**D**eus autem Rex noster ante sæcula : \* operatus est salutem in médio terræ.

**T**u confirmasti in virtute tua mare : \* contribulasti capita draconum in aquis.

**T**u confregisti capita draconis : \* dedisti eum escam populis Æthiopum.

**T**u dirupisti fontes & torrentes : \* tu siccasti fluvios Ethan.

**T**uus est dies , & tua est nox : \* tu fabricatus es auroram , & solem.

**T**u fecisti omnes terminos terræ : \* æstatem & ver tu plasmasti ea.

**M**emor esto hujus , inimicus improperavit Domino : \* & populus insi-

si-

si piens incitavit nomen tuum.

**N**e tradas bestiis animas confitentes tibi, \* & animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

**R**espice in testamentum tuum: \* quia replati sunt, qui obscurati sunt, terrae domibus iniquitatum.

**N**e avertatur humilis factus confusus: \* pauper & inops laudabunt nomen tuum.

**E**xurge Deus, iudica causam tuam: \* memor esto improperiorum tuorum, eorum quae ab insipiente sunt tota die.

**N**e obliviscaris voces inimicorum tuorum: \* superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

**Añã.** Vos qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi.

**Añã.** Habentes fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi accedâ-

mus in plenitudine fidei.

**Psalmus 87.**

**D**omine Deus salutis meae, \* in die clamavi, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: \* inclina aurem tuam ad precem meam:

Quia replata est malis anima mea: \* & vita mea inferno appropinquavit.

**A**estimatus sum cum descendentibus in lacum: \* factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non est memor amplius: \* & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: \* in tenebris, & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: \* & omnes fluctus tuos induxisti super me.

**L**on-

**L**ongè fecisti notos meos à me : \* posuerunt me abominatiònem sibi.

**T**ráditus sum , & non egrediêbar : \* óculi mei languérunt præ inópia.

**C**lamávi ad te Dómine tota die : \* expándi ad te manus meas.

**N**umquid mórtuis fácies mirabilia : \* aut medici suscitábunt , & confitebúntur tibi ?

**N**umquid narrábit áliquis in sepúlchro misericórdiam tuam , \* & veritátem tuam in perditione ?

**N**umquid cognoscéntur in ténebris mirabilia tua , \* & justítia tua in terra obliviónis ?

**E**t ego ad te Dómine clamávi : \* & manè orátio mea præveniet te.

**U**t quid Dómine repél-  
lis oratiònem meam : \*  
avértis fáciem tuam à me ?

**P**auper sum ego , & in  
labóribus à juventúte mea :  
\* exaltátus autem , humi-  
liátus sum & conturbátus.

**I**n me transiérunt iræ  
tuæ : \* & terrórestui con-  
turbavérunt me.

**C**ircumdedérunt me si-  
cut aqua tota die : \* cir-  
cumdedérunt me simul.

**E**longásti à me amicum  
& próximum : \* & notos  
meos à miseria.

**Añã.** Habéntes fidúciam  
in intróitu Sanctórum in  
sánguine Christi accedâ-  
mus in plenitúdine fidei.

**Añã.** Vestítus erat veste  
aspérsa sánquine , & vo-  
cabátur nomen ejus Ver-  
bum Dei.

**Psalmus 93.**

**D**Eus ultiónum Dó-  
minus : \* Deus ul-  
tiónum liberè egit.

**E**xaltáre qui júdicas ter-  
ram : \* redde retributiò-  
nem supérbis.

**U**squequò peccatóres Dó-  
mine , \* usquequò pecca-  
tores gloriabúntur :

**E**ffabúntur , & loquéntur  
iniquitátem : \* loquéntur  
omnes , qui operántur in-  
justítiam ?

C

P ó-

**P**ópulum tuum Dómine humiliavérunt : \* & hereditâtem tuam vexavérunt.

**V**íduam & ádvenam interfecérunt : \* & pupílos occidérunt.

**E**t dixerunt : Non vidébit Dóminus , \* nec intélliget Deus Jacob.

**I**ntélligite insipiéntes in pópulo : \* & stulti aliquándo sápite.

**Q**ui plantâvit aurem, non áudiet : \* aut qui finxit óculum , non consíderat ?

**Q**ui córripit gentes , non árguet : \* qui docet hóminem sciéntiam ?

**D**óminus scit cogitatiónes hóminum , \* quóniam vanæ sunt.

**B**eâtus homo , quem tu erudieris Dómine , \* & de lege tua docúeris eum :

**U**t mítiges ei à diêbus malis : \* donec fodiâtur peccatóri fóvea.

**Q**uia non repéllet Dóminus plebem suam : \* &

hereditâtem suam non derelinquet :

**Q**uoadusque justítia convertâtur in iudícium : \* & qui juxta illam omnes, qui recto sunt corde.

**Q**uis consúrget mihi advérsus malignâtes ? \* aut quis stabit mecum advérsus operâtes iniquitâtem ?

**N**isi quia Dóminus adjúvit me : \* paulò minùs habitâset in inférno ánima mea.

**S**i dicêbam : Motus est pes meus : \* misericórdia tua Dómine adjuvâbat me.

**S**ecúndum multitudinem dolórum meórum in corde meo , \* consolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.

**N**umquid adhæret tibi sedes iniquitâtis : \* qui fingis labôrem in præcepto ?

**C**aptábunt in ánimam justí : \* & sánguinem innocéntem condemnábunt.

**E**t

**E**t factus est mihi Dóminus in refúgium , \* & Deus meus in adjutórium spei meæ.

**E**t reddet illis iniquitátem ipsórum , & in malítia eórum dispérdet eos : \* dispérdet illos Dóminus Deus noster.

**Añã.** Vestítus erat veste aspérsa sángvine , & vocabátur nomen ejus Verbum Dei.

**ψ.** Dealbavêrunt stolas suas in sángvine agni.

**R.** Ideò sunt ante thronum Dei. **Pater noster.**

**Absolutio.** A vínculis. **ψ.**

Jube domne. **Benedictio.**

Euangélica léctio.

Léctio sancti Euangélli secúndum Joánnem.

**Lectio vii. cap. 19. f.**

**I**N illo témpore: Sciens Jesus quia ómnia consummáta sunt , ut consummarêtur scriptura, dixit : Sítio. Et réliqua.

Homília sancti Joánnis Chrysóstomi.

*Homilia 45. & 48. in Matth. ante medium.*

**U**Bique demonstrâre adnítitur , novam hanc mortem fuisse. Si quidem in potestâte moriéntis erat, ne priúsqvam ipse vellet, & ómnia implêta essent, morerêtur. Ideò dicêbat: Potestâtem hábeo ponéndi ánimam meam, & potestâtem hábeo íterum suméndi eam. Sciens ergo ómnia consummáta, ait: Sítio, étiam hoc verbo prophetiam implens. Tu autem adstántium pravitâtem intéllige: nam licèt innúmeros habeamus inimicos, qui nos gravíssimè persecúti sint, cùm tamen intérimi eos vidêmus, fléctimur misericórdia: hi verò nihil moti, magis efferántur, & irrident, acetúmque in spóngia pórrigunt, ut bibat tamquam reus: nam propter hoc hyssópum additur, quo gustáto, mórtuus est. Vides quàm

non perturbâtè , & quàm potenter ómnia transigéntem.

*R.* Passus est Christus se ab iníquis comprehénderi, & impias sæviéntium in se manus admísit : \* Ut ejus sánquis prétium posset credéntium fieri.

*Y.* Cohíbuit in se poténtiam Deitátis , ut ad glóriam perveníret passionis. Ut ejus sánquis. **Benedictio.** Divinum auxilium.

### Lectio viii.

**C**UM ómnia consummata essent , inclináto cápite tradidit spíritum ; hoc est , expirávit. Atqui non post inclinátum caput expirátur, sed post expirationem caput inclinátur : híc autem contrà accidit , per quod osténdit Evangelista, eum esse ómnium dóminum. Judæi autem camêlum devorántes , & cúlicem excolántes , tantum nefas ausi , de die consultant.

Quóniam Parascéve erat, ut non remanérent in Cruce córpora sábbato, rogavérunt Pilátum , ut frangeréntur eórum crura. Vides quanti sit veritas , per ea quæ illi faciunt , prophetía implétur : ália enim ex hoc manifestáta est. Venérunt ergo mílites , & aliórum fregérunt crura , non Christi : sed ad Judæórum grátiam conciliándam latus ejus lancea aperuérunt : & mórtuo adhuc insúltant. O péssimam voluntátem ! O scelestíssimam ! Noli tamen perturbári dilectíssime : quæ enim malo illi ánimo patrárunt , veritáti consentiébant ; prophetía enim hinc impléta est , dicens : Vidébunt in quem transfixérunt.

*R.* Invitátur ad paradísi divítias pópulus Christiánus : \* Igneam enim illam rhomphæam , qua vitæ régio erat inclûsa , sacer Chri-



Christi sánguis extínxit.

✠. Cunctis regenerátis, ad amíssam patriam patefáctus est réditus. Igneam enim. **G**lória Patri. Igneam enim. **Benedictio.** Ad societátem.

**Lectio ix.**

**E**T contínuò exívit sánguis & aqua. Non casu & simpliciter hi fontes scaturierunt: sed quóniam ex ambóbus Ecclé- sia constitúta est. Sciunt hoc initiáti, per aquam regeneráti, sánguine & carne nutriti. Hinc mysté- ria ortum habent, ut quó- ties ad admirándum cáli- cem accêdis, tamquam ab ipso látere háuriens, accédas. Qui ipse Christi sánguis nostrárum animá- rum est salus, quo ablu- tur ánima, ornâtur, & inflammâtur. Hic mentem nostram igne reddit splen- didiôrem, hic auro cla- riò rem ánimam facit. Hic sánguis effûsus est, & cæ-

lum fecit nobis accessíbi- le. Hic terrárum orbis est prétium, hoc Christus emit Ecclé- siam, hoc eam omnem adornâvit. Hujus sánguinis partícipes, cum Angelis & Archángelis, & supérnis manent virtú- tibus, ipsam régiam Chri- sti stolam indúti, & arma spirituália gerétes. Sed nihil adhuc dixi, ipsum enim indúti sunt Regem.

**T**e Deum laudâmus, ut in **S. Vincent. Martyr.** 29.

**AD LAUDES,**

**& per Horas, Aña.**

**C**Hristum propósuit Deus propitiátorem per fidem in sánguine ip- síus. **Psalm.** **D**óminus reg- nâvit, cum reliquis ut in **festo S. Vincentii Mart.** 30.

**Aña.** Jesus ut sanctificâ- ret per suum sánguinem pópulum extra portam passus est.

**Aña.** Sánguis Jesu Christi  
Fí-

Filii Dei emúndat nos ab  
omni peccâto.

**Añã.** Venit per aquam &  
sánguinem Jesus Chris-  
tus, non in aqua solùm,  
sed in aqua & sánguine.

**Añã.** Christus diléxit nos,  
& lávit nos à peccâtis no-  
stris in sánguine suo.

**Capitul.** *Ad Hebr. 9. 6.*

**F**Ratres, tabernácu-  
lum, & ómnia vasa  
ministérii sánguine asper-  
sit Móyses: & ómnia pe-  
nè in sanguine secúndum  
legem mundántur, & sine  
sánguinis effusióne non fit  
remissio.

**Hymnus.**

**O**Celse rerum cón-  
ditor,  
Salútis auctor ómnium,  
Tu nos sacráto sánguine  
Omni repúrgas crimine.  
**N**os ánguis ille cállidus,  
Antíquus hostis stráverat:  
Primum nitôrem mén-  
tium  
Caligo culpæ démpserat.

Sacro tamen de córpore  
Summi valôris sánguinem  
Fundis redémptor áffa-  
tim,

Omnemque labem diluis.

**R**epelle quidquid impro-  
bum

Intérna cordis inficit:

In nos refúnde, quæsu-  
mus,

Tui vigôrem sánguinis.

**D**eo Patri sit glória,

Ejúsque soli Filio,

Cum Spíritu Paráclito,

Nunc, & per omne sæ-  
culum. Amen.

**ÿ.** Empti estis pretio ma-  
gno.

**ÿ.** Sánguine Christi.

**Ad Benedictus. Añã.**

Christus non per sángui-  
nem hircôrum, aut vitu-  
lôrum, sed per próprium  
sánguinem introïvit semel  
in Sancta, ætérna redemp-  
tióne invénta.

**Oratio.**

**O**Mnípotens sempitér-  
ne Deus, qui sán-  
gui-

guine Filii tui placári, & nos rédimi voluisti: concéde nobis, quæsumus, salútis nostræ prætium ita recólere, ut & nunc véniam, & in ætérnum glóriam cónsequi valeámus. Per eúmdem Dóminum nostrum.

*Ad Tertiam, Añã.*

Jesus ut sanctificáret.

*Capitulum.* Fratres, tabernáculum, *ut supra in Laudibus.* 22.

*R. brev.* Dealbavérunt stolas suas, \* In ságuine agni. Dealbavérunt. *ψ.* Ideò sunt ante thronum Dei. In ságuine agni. *G*lória Patri. Dealbavérunt.

*ψ.* Empti estis prætio magno.

*R.* Sanguine Christi.

*Ad Sextam, Añã:*  
Sanguis Jesu Christi.

*Capitulum.* *Hebr. 9. d.*

**S**I ságuis hircôrum & taurôrum, inquiná-

tos sanctificat ad emundatiônem carnis, quantò magis ságuis Christi emundâbit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis ad serviéndum Deo vivénti?

*R. brev.* Empti estis, \* Prætio magno. Empti estis. *ψ.* Sanguine Christi. Prætio magno. *G*lória Patri. Empti estis.

*ψ.* Justificáti in ságuine ipsíus.

*R.* Salvi érimus ab ira per ipsum.

*Ad Nonam, Añã.*

Christus diléxit.

*Capitulum.* *Apoc. 12. c.*

**P**rojéctus est accusátor fratrum nostrôrum; & ipsi vicérunt eum propter ságuinem agni.

*R. brev.* Justificáti, \* In ságuine ipsíus. Justificáti.

*ψ.* Salvi erimus ab ira per ipsum. In ságuine ipsíus. *G*lória Patri. Justificáti.

*ψ.*

*ŷ.* Christus lavit nos à peccâtis nostris.

*ŷ.* In sâguine suo.

*In secundis Vesperis.*

*Aña.* Christum propôsuit, cum reliquis de *Laudibus* 21. *Psalmi, Capitulum, & Hymnus* ut supra in *primis Vesperis.*

*ŷ.* Christus lavit nos à peccâtis nostris.

*ŷ.* In sâguine suo.

*Ad Magnificat, Aña.*

Accessistis ad Sion montem, & Civitatem Dei vivêntis Jerúsalem cælestem, & testaménti novi mediatôrem Jesum, & sâguinis aspersionem méliùs loquéntem, quam Abel.

*Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus, *ut supra.* 22.

FESTUM ANGELI

*Custodis, dup. maj.*

*Celebratur in hac Dioece-*

*si Dominica prima post Octavam Apostolorum Petri & Pauli.*

AD VESPERAS.

*Aña.* Immittet Angelus, cum reliquis de *Laudibus.* *Psalm.* Dixit Dóminus, cum reliquis ut in festo *S. Vincent. Mart. 7.*

*Capitulum.* *Apoc. 18. a.*

**V**idi Angelum descendéntem de cælo, habéntem potestâtem magnam: & terra illuminâta est à glória ejus.

*Hymnus.*

**A**ngelum pura cælêbrémus omnes  
Mente, qui nostro, vigil  
& decôrus,  
Præsudet regno, paritér-  
que nostram  
Prótegit urbem.

**S**édulus Custos rémove  
molésta,  
Asperos casus prohibêre  
curat:

Fir-

Firmat & regnum, me-  
liore regno

Ut potiâmur.

**Q**uin & ingenti stúdio  
colendus

Ille, quem nostris animis  
suprema

Præficit virtus, vigeant  
ut imo.

Pectore celsa.

**I**ngerit menti meliôra no-  
stræ,

Semper æternæ documen-  
ta frugis

Pectori nostro serit, at-  
que dona

Summa precâtur.

**S**it salus illi, decus, at-  
que virtus,

Qui super cæli sólio cor-  
rúscans,

Totius mundi sériem gu-  
bérnat,

Trinus, & Unus.

Amen.

**ÿ.** Angelis suis Deus man-  
dâvit de te. **ÿ.** Ut custó-  
diant te in omnibus viis  
tuis.

**Ad Magnificat, Añã.**

Dico enim vobis, quia

Angeli eorum in cælis  
semper vident faciẽm Pa-  
tris mei, qui in cælis est,  
allelúia.

**Oratio.**

**O**Mnipotens & mise-  
ricors Deus, qui  
Angélicam custódiã ho-  
mínibus, civitatibus, &  
regnis contulisti: concède  
quæsumus, ut Angeli tui  
sancti nos famulos tuos à  
cunctis animæ & corporis  
perículis, & civitatem  
nostram, ac regnum ab  
omni adversitate próte-  
gant, atque deféndant.  
Per Dóminum nostrum.  
**Et fit commemoratio Do-  
minicæ occurrentis.**

**Ad Matutinum, Invitat.**

**R**egem Angelorum Dó-  
minum, \* Veníte adorê-  
mus.

**Psalmus. Veníte**  
exultêmus, **ut in S. Vinc.**

**Mart. 12.**

**Hymnus.**

**C**onditor rerum, Do-  
minátor orbis,  
Prævidens fraudes, qui-  
bus ille noster

D

Hos-

Hostis antiquus superare  
curat

Invidus omnes.

**F**er opem nobis superam  
benignus,  
Caelitus mittens pietate  
summa

Angelos sanctos, vigiles,  
potentes,

Qui mala pellant.

**D**oemonis technas valide  
retundunt:

Castrametantur fragiles  
tuendo:

Claudere & quondam po-  
tuere sava

Ora leonum.

**E**rgo Custodes removete  
damna,

Ad Deum stantes; pre-  
cibusque vestris,

Consequi nobis liceat su-  
perna

Munera caeli.

**P**raestet hoc nobis Deitas  
beata

Patris, ac Nati, pariter-  
que sancti

Spiritus, cuius resonat  
per omnem

Glória mundum. Amen.

### In primo Nocturno.

**Añã.** Dóminus in cuius  
conspéctu ámbulo, mittet  
Angelum suum tecum,  
& diriget viam tuam.

### Psalmus 8.

**D**omine Dóminus no-  
ster, \* quàm ad-  
mirábile est nomen tuum  
in univérſa terra!

**Q**uóniam elevata est mag-  
nificéntia tua \* super coc-  
los.

**E**x ore infántium & lac-  
téntium perfecisti laudem  
propter inimicos tuos, \*  
ut destruas inimicum &  
ultorem.

**Q**uóniam vidébo caelos  
tuos, ópera digitórum  
tuórum: \* lunam & stel-  
las, quæ tu fundásti.

**Q**uid est homo, quòd  
memor es ejus? \* aut fi-  
lius hóminis, quóniam  
vísitas eum?

**M**inuísti eum paulò mi-  
nùs ab Angelis, glória &  
honóre coronásti eum: \*

&

& constituisti eum super  
ópera mánuum tuárum.

**O**mnia subjecisti sub pé-  
dibus ejus , \* oves & bo-  
ves univérsas : insuper  
& pécora campi.

**V**olucres cæli , & pisces  
maris , \* qui perambulant  
semitas maris.

**D**ómine Dóminus noster,  
\* quàm admirábile est  
nomen tuum in univér-  
sa terra !

**Añã.** Dóminus in cujus  
conspéctu ámbulo , mit-  
tet Angelum suum tecum,  
& diriget viam tuam.

**Añã.** Angeli Dei fúerunt  
obviam Jacob : quos cum  
vidisset , ait : Castra Dei  
sunt hæc.

**Psalmus 10.**

**I**N Dómino confído:  
quómodò dicitis áni-  
mæ meæ : \* Tránsmi-  
gra in montem sicut pas-  
ser ?

**Q**uóniam ecce peccató-  
res intendérunt arcum,  
paravérunt sagíttas suas

in pháretra , \* ut sagít-  
tent in obscúro rectos  
corde.

**Q**uóniam quæ perfecisti,  
destruxérunt : \* justus  
autem quid fecit ?

**D**óminus in templo san-  
cto suo , \* Dóminus in  
cælo sedes ejus :

**O**culi ejus in páuperem  
respíciunt : \* pálpebræ  
ejus intérogant filios hó-  
minum.

**D**óminus intérogat ju-  
stum & impium : \* qui  
autem diligit iniquitatem,  
odit ánimam suam.

**P**luet super peccatóres  
láqueos : \* ignis , & sul-  
phur , & spíritus procel-  
lârum , pars cálicis eô-  
rum.

**Q**uóniam justus Dómi-  
nus , & justítias diléxit : \*  
æquitatem vidit vultus  
ejus.

**Añã.** Angeli Dei fúerunt  
óbviam Jacob : quos cum  
vidisset , ait : Castra Dei  
sunt hæc.

**Añã.** Angelus , qui éruít  
D 2 me

me de cunctis malis, benedicat pueris istis.

**Psalmus 14.**

**D**omine, quis habitabit in tabernaculo tuo? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo?

**Q**ui ingreditur sine macula, \* & operatur iustitiam:

**Q**ui loquitur veritatem in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua:

**N**ec fecit proximo suo malum, \* & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

**A**d nihilum deductus est in conspectu eius malignus: \* timentes autem Dominum glorificat:

**Q**ui jurat proximo suo, & non decipit, \* qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit.

**Q**ui facit hæc, \* non movébitur in æternum.

**Añã.** Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis.

**ÿ.** Stetit Angelus juxta aram templi.

**R.** Habens thuribulum aureum in manu sua.

**P**ater noster. **Absolutio.** Exaudi Domine. **ÿ.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictiõne perpétua.

De libro Exodi.

**Leçtio i. cap. 14. d.**

**T**ollens se Angelus Dei, qui præcedebat castra Israël, abiit post eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum. Stetit inter castra Ægyptiorum & castra Israël: & erat nubes tenebrõsa, & illuminans noctem, ita ut ad se invicem toto noctis tempore accedere non valerent. Cùm extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehem-



hementi & urénte tota nocte, & vertit in siccum: divisaque est aqua. Et ingressi sunt filii Israël per médium sicci maris: erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & læva.

*R.* Cùm vidisset Jacob in somnis scalam, Angelos quoquè Dómini ascendentes & descendentes per eam vidit, & Dóminum dicentem eis: \* Benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ. *ψ.* Ero custos tuus, nec dimittam, nisi complévero univérsa, quæ dixi. Benedicentur in te.

**Benedictio.** Unigénitus Dei.

*Lectio ii. cap. 23. d.*

**E**Cce ego mittam Angelum meum, qui præcédât te, & custódiat in via, & introdúcat in locum quem parávi: Observa eum, & audi vocem ejus, nec contemnéndum putes: quia non

dimittet cùm peccáveris, & est nomen meum in illo. Quod si audieris vocem ejus, & féceris ómnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. Præcédetque te Angelus meus, & introdúcet te ad Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, Chananæúmque, & Hevæum, & Jebusæum, quos ego cónteram.

*R.* Mittam Angelum meum ante fáciem tuam, qui custódiat te in via. \* Observa eum, & audi vocem ejus. *ψ.* Si obedieris voci ejus, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. Observa eum. **Benedictio.** Spíritus Sancti grátia.

De Daniéle Prophéta.

*Lectio iii. cap. 3. e.*

**A**ngelus Dómini descendit cum Azaría, & sóciis ejus in fornâcem:  
&

& excussit flammam ignis de fornâce, & fecit médium fornâcis quasi ventum roris flantem, & non tétigit eos omninò ignis, neque contristâvit, nec quidquam moléstiaé íntulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudábant, & glorificábant, & benedicêbant Deum in fornâce, dicétes: **B**enedíctus es Dómine Deus Patrum nostrórum: & laudábilis, & gloriósus, & super-exaltátus in sæcula.

**R.** Exáudit illos Dóminus, qui exquirunt eum, & ex ómnibus tribulatió-nibus líberat: \* Sed & Angelus Dómini timén-tes Deum magna circum-cíngit virtúte, ac munit, ut eos à malo custódiat.

**V.** Exquírite & timête Dóminum, quóniam non est inópia timéntibus eum. Sed & Angelus. **G**loria Patri. Sed & Angelus.

**In secundo Nocturno.**

**Añã.** Vade ò Moyses, duc

pópulum, quo locútus sum tibi: Angelus meus præcédet te.

**Psalmus 18.**

**C**æli enarrant glóriam Dei, \* & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

**D**ies diéi erúctat verbum, \* & nox nocti índicat sciéntiam.

**N**on sunt loquélæ, neque sermónes, \* quorum non audiántur voces eórum.

**I**n omnem terram exívit sonus eórum: \* & in fines orbis terræ verba eórum.

**I**n sole pósuit tabernáculum suum: \* & ipse tamquam sponsus procedens de thálamo suo;

**E**xultávit ut gigas ad curréndam viam: \* à summo coelo egréssio ejus.

**E**t occúrsus ejus usque ad summum ejus: \* nec est qui se abscondat à calóre ejus.

**L**ex Dómini immaculáta,

ta, convértens ánimas : \*  
testimónium Dómini fi-  
dèle, sapiéntiam præ-  
stans párvulis.

**J**ustitiæ Dómini rectæ,  
lætificánte corda : \* præ-  
ceptum Dómini lúcidum,  
illúminans óculos.

**T**imor Dómini sanctus  
pérmanens in sæculum  
sæculi : \* iudícia Dómi-  
ni vera, justificáta in se-  
metípsa.

**D**esiderabilia super au-  
rum & lápidem pretiô-  
sum multum : \* & dul-  
ciôra super mel & favum.

**E**tenim servus tuus cu-  
stôdit ea : \* in custodién-  
dis illis retribútio multa.

**D**elicta quis intelligit?  
ab occúltis meis munda  
me : \* & ab aliénis parce  
servo tuo.

**S**i mei non fúerint domi-  
nâti, tunc immaculâtus  
ero : \* & emundâbor à  
delicto máximo.

**E**t erunt ut compláceant  
elóquia oris mei : \* &  
meditatio cordis mei in

conspéctu tuo semper.

**D**ómine adjútor meus, \*  
& redemptor meus.

**Añã.** Vade ò Moyses,  
duc pópulum, quo locû-  
tus sum tibi : Angelus  
meus præcédet te.

**Añã.** Misit Dóminus An-  
gelum suum, qui percús-  
sit omnem virum robú-  
stum & bellatôrem, &  
príncipem exercitus Re-  
gis Assyriôrum.

**Psalmus 23.**

**D**omini est terra, &  
plenitúdo ejus ; \*  
orbis terrârum, & uni-  
vérsi, qui hábitant in eo.

**Q**uia ipse super mária  
fundâvit eum : \* & super  
flúmina præparávit eum.

**Q**uis ascéndet in montem  
Dómini ? \* aut quis sta-  
bit in loco sancto ejus ?

**I**nnocens mânibus & mun-  
do corde ; \* qui non accê-  
pit in vano ánimam suam,  
nec jurávit in dolo pró-  
ximo suo :

**H**ic accípiet benedictiô-  
nem

nem à Dómino , \* & misericórdiam à Deo salutári suo.

**H**æc est generátio quærentium eum , \* quærentium fáciem Dei Jacob.

**A**ttóllite portas príncipes vestras , & elevámini portæ æternales : \* & introíbit Rex glóriæ.

**Q**uis est iste Rex glóriæ? \* Dóminus fortis & potens : Dóminus potens in prælio.

**A**ttóllite portas príncipes vestras , & elevámini portæ æternales : \* & introíbit Rex glóriæ.

**Q**uis est iste Rex glóriæ? \* Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

**Añã.** Misit Dóminus Angelum suum , qui percussit omnem virum robustum & bellatórem, & príncipem exercitus regis Assiriorum.

**Añã.** A voce Angeli fugerunt pópuli , & ab exaltatióne tua Dómine dispersæ sunt Gentes.

**Psalmus 33.**

**B**enedícam Dóminum in omni témpore : \* semper laus ejus in ore meo.

**I**n Dómino laudábitur ánima mea : \* áudiant mansuéti , & læténtur.

**M**agnificáte Dóminum mecum : \* & exaltémus nomen ejus in idípsum.

**E**xquisívi Dóminum , & exaudívit me : \* & ex ómnibus tribulatióibus meis erípuit me.

**A**ccédite ad eum , & illuminámini ; \* & fácies vestræ non confundéntur.

**I**ste pauper clamávit , & Dóminus exaudívit eum : \* de ómnibus tribulatióibus ejus salvávit eum.

**I**mmíttet Angelus Dómini in circuitu timéntium eum : \* & erípiet eos.

**G**ustáte , & vidéte quóniam suavis est Dóminus : \* beátus vir , qui sperat in eo.

**T**iméte Dóminum omnes

nes sancti ejus : \* quoniam non est inopia timoribus eum.

**D**ivites eguerunt, & esurierunt : \* inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.

**V**enite filii, audite me : \* timorem Domini docebo vos.

**Q**uis est homo qui vult vitam : \* diligit dies videre bonos ?

**P**rohibe linguam tuam a malo : \* & labia tua ne loquantur dolum.

**D**iverte a malo, & fac bonum : \* inquire pacem, & persequere eam.

**O**culi Domini super justos : \* & aures ejus in preces eorum.

**V**ultus autem Domini super facientes mala : \* ut perdat de terra memoriam eorum.

**C**lamaverunt justi, & Dominus exaudivit eos : \* & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

**J**uxta est Dominus iis,

qui tribulato sunt corde : \* & humiles spiritu salvabit.

**M**ultae tribulationes justorum : \* de omnibus his liberabit eos Dominus.

**C**ustodit Dominus omnia ossa eorum : \* unum ex his non conteretur.

**M**ors peccatorum pessima : \* & qui oderunt justum delinquent.

**R**edimet Dominus animas servorum suorum : \* & non delinquent omnes qui sperant in eo.

**Añna.** A voce Angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua Domine dispersae sunt gentes.

**Ÿ.** Ascendit fumus aromaticum in conspectu Domini. **Ÿ.** De manu Angeli. **Pater noster.** **Absolutio.** Ipsius pietas. **Ÿ.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

*Serm. 12. in Psalm. Qui habitat : ante medium.*

E

Le-

## Lectio iv.

**M**Ira dignatio, & verè magna dilectio charitatis, quod Angelis suis mandaverit Deus de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Quis enim, quibus, de quo, & quid mandavit? Studiósè consideremus, fratres, & diligenter commendemus memoriæ hoc tam grande mandatum. Quis enim mandavit? Cujus sunt Angeli, cujus mandatis obtemperant, & cujus obediunt voluntati. Nempe Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis: nec cunctantur, quin etiam in manibus tollant te. Summa ergo majestas mandavit Angelis, & Angelis suis mandavit, illis utique sublimibus, tam beatis, quam proximis sibi coherentibus, tam familiariter adherentibus, & verè domesticis Dei. Mandavit de te. Tu quis es?

Dómine quid est homo, quod memor es ejus? Quasi verò non sit homo putredo, & filius hominis vermis. Sed quid putas mandavit de te? Numquid ut contra folium quod vento rapitur, ostendant potentiam suam, & ut stipulam siccam persequantur? Numquid ut tollant impium, ne videat gloriam Dei? Mandandum istud est, non mandatum. Ne recedas ab adiutorio altissimi, & in protectione Dei cæli commorare, ne de te hoc aliquando mandetur.

**R.** Avertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala. \* Et Angelus Dómini persequens eos. **Y.** Fiat via illorum tenebræ & lubricum. Et Angelus Dómini. **Benedictio.** Christus perpétuæ.

## Lectio v.

**P**arantibus iræ servis, & continuo superse-

seminata zizania colligere cupientibus, providus paterfamilias: Sinite, inquit, usque ad messem, ne forte eradicetis simul & triticum. Quomodo igitur tamdiu conservabitur triticum inter ea? Hoc plane, hoc opus presens, hoc mandatum temporis hujus. Itaque Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te. O triticum inter zizania! O granum inter paleas! O liliam inter spinas! Gratias ei, fratres, gratias ei, & pro nobis, pariter & pro vobis. Pretiosum depositum nobis commiserat fructum crucis suae, pretium sanguinis sui: non est contentus custodia hac tam parum tuta, tam parum utili, tam fragili, tam insufficienti. Super muros tuos Jerusalem constituit custodes: nempe ipsi etiam qui videntur muri, aut in muro ipso columnae, his custodi-

dibus egent, & maxime. **R.** In conspectu Angelorum psallam tibi, & adorabo ad templum sanctum tuum: \* Et confitebor nomini tuo Domine. **V.** Super misericordia tua & veritate tua, quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum. Et confitebor. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

### Lectio vi.

**Q**uantam tibi debet hoc verbum, ut custodiant te in omnibus viis tuis, inferre reverentiam, afferre devotionem, conferre fiduciam! Reverentiam pro praesentia; devotionem pro benevolentia; fiduciam pro custodia. Cauter ambula; ut videlicet cui adsunt Angeli, (sicut eis mandatum est) in omnibus viis tuis. In quovis diversorio, in quovis angulo Angelo tuo reverentiam habe. Tu ne audeas

illo præsente, quod vidente me non auderes. An præsentem esse dúbitas, quem non vides? Vide quod non solo visu rerum præséntia comprobêtur. Non ómnia visui subjacent, nec corporália quidem: quantò magis spirituália procul sunt ab omni sensu corpóreo, & spirituáliter pótius vestigánda? Si fidem cónsulas, ea tibi Angélicam probat præséntiam non deesse: nec dixisse piget, quóniam fides probat, quam nimirum Apóstolus arguméntum non apparentium esse defínit. Ad sunt ígitur Angeli, & adsunt tibi; non modò tecum, sed etiam pro te: adsunt ut prótegant: adsunt, ut prosint.

**R.** Egréssus Tobías invénit júvenem spléndidum, quasi parátum ad ambulándum: & ignórans quod Angelus Dei esset, salutávit eum, & indicávit

patri suo: & ingréssus Angelus, \* Ego inquit, sanum ducam, & sanum tibi redúcám filium tuum. **Y.** Sit Deus in itinere vestro, & Angelus ejus comitêtur vobiscum. Ego inquit. **G** lória Patri. Ego inquit.

### In tertio Nocturno.

**Aña.** Revérsus Angelus Dómini secúndò, tetigit Eliam, dixitque illi: Surge, cómede; grandis enim tibi restat via.

### Psalmus 95.

**C** antáte Dómino cánticum novum: \* cantáte Dómino omnis terra.

**C** antáte Dómino, & benedicite nómini ejus: \* annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

**A** nnuntiáte inter gentes glóriam ejus, \* in ómnibus pópulis mirabilia ejus.

**Q** uóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis:

\*



\* terribilis est super omnes deos.

**Q**uoniam omnes dii gentium doemonia : \* Dominus autem coelos fecit.

**C**onfessio & pulchritudo in conspectu ejus : \* sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus.

**A**fferite Domino patriae gentium , afferite Domino gloriam & honorem : \* afferite Domino gloriam nomini ejus.

**T**ollite hostias , & introite in atria ejus : \* adorare Dominum in atrio sancto ejus.

**C**ommoveatur a facie ejus universa terra : \* dicite in gentibus quia Dominus regnavit.

**E**tenim correxit orbem terrae , qui non commovebitur : \* judicabit populos in aequitate.

**L**aetentur coeli , & exultet terra , commoveatur mare , & plenitudo ejus : \* gaudebunt campi , & omnia quae in eis sunt.

**T**unc exultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini , quia venit : \* quoniam venit judicare terram.

**J**udicabit orbem terrae in aequitate , \* & populos in veritate sua.

**Añã.** Reversus Angelus Domini secundo , tetigit Eliam , dixitque illi : Surge , comedere ; grandis enim tibi restat via.

**Añã** Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro , & perducat vos incolumes.

### Psalmus 96.

**D**ominus regnavit , exultet terra : \* laetentur insulae multae.

**N**ubes & caligo in circuitu ejus : \* justitia & iudicium correctio sedis ejus.

**I**gnis ante ipsum praecedet : \* & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

**I**lluxerunt fulgura ejus orbi terrae ; \* vidit , & commota est terra.

**M**on-

**M**ontes sicut cera fluxerunt à facie Dómini : \* à facie Dómini omnis terra.

**A**nnuntiaverunt cæli justitiam ejus : \* & vicerunt omnes pópuli glóriam ejus.

**C**onfundantur omnes qui adorant sculptilia : \* & qui gloriántur in simulacris suis.

**A**dorate eum omnes Angeli ejus : \* audivit , & lætata est Sion.

**E**t exultaverunt filiaæ Judæ : \* propter judícia tua Dómine :

**Q**uóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram : \* nimis exaltatus es super omnes deos.

**Q**ui diligitis Dóminum odíte malum : \* custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum , de manu peccatôris liberábit eos.

**L**ux orta est justo : \* & rectis corde lætítia.

**L**ætámini justí in Dómino : \* & confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

**Añã.** Angelus Dómini sanctus sit in itinere vestro , & perdúcat vos incólumes.

**Añã.** Ecce Angelus Dómini ástitit , & lumen refulsit in habitáculo , & Petrus sequebátur eum.

**Psalmus 102.**

**B**enedic ánima mea Dómino , \* & ómnia , quæ intra me sunt , nómini sancto ejus.

**B**enedic ánima mea Dómino , \* & noli oblivisci omnes retributiónes ejus.

**Q**ui propitiátur omnibus iniquitatibus tuis : \* qui sanat omnes infirmitates tuas.

**Q**ui redimit de interitu vitam tuam : \* qui coronat te in misericórdia & miseratióibus.

**Q**ui replet in bonis desiderium tuum : \* renovábitur ut áquilæ juvéntus tua.

**F**aciens misericórdias Dóminus ; \* & judícium ómni-

ni-

nibus injuriam patientibus.

**N**otas fecit vias suas Moysi, \* filiis Israël voluntates suas.

**M**iserator & misericors Dominus: \* longanimis, & multum misericors.

**N**on in perpetuum irascetur: \* neque in æternum comminabitur.

**N**on secundum peccata nostra fecit nobis: \* neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

**Q**uoniam secundum altitudinem cæli à terra, \* corroboravit misericordiam suam super timentes se.

**Q**uantum distat ortus ab occidente: \* longè fecit à nobis iniquitates nostras.

**Q**uomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timéntibus se: \* quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.

**R**ecordatus est quoniam pulvis sumus: \* homo, sicut foenum dies ejus,

tamquam flos agri sic efflorebit.

**Q**uoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: \* & non cognoscet amplius locum suum.

**M**isericordia autem Domini ab æterno, \* & usque in æternum super timentes eum.

**E**t justitia illius in filios filiorum: \* his qui servant testamentum ejus.

**E**t memores sunt mandatorum ipsius, \* ad faciendum ea.

**D**ominus in cælo paravit sedem suam: \* & regnum ipsius omnibus dominabitur.

**B**enedicite Domino omnes Angeli ejus: \* potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

**B**enedicite Domino omnes virtutes ejus: \* ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

**B**e-

**B**enedícite Dómino ómnia opera ejus: \* in omni loco dominatiónis ejus, benedic ánima mea Dómino.

**Añã.** Ecce Angelus Dómini ástitit, & lumen refúlsit in habitáculo, & Petrus sequebátur eum.

**ÿ.** In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus. **R.** Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitêbor nomini tuo.

**P**ater noster. **Absolutio** A vínculis. **ÿ.** Jube domne. **Benedictio.** Euangélica léctio.

Léctio sancti Euangélii secúndum Matthæum.

**Lectio vii. cap. 18. a.**

**I**N illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Væ mundo à scándalis. Necesse est enim ut veniant scándala: verumtamen væ hómini illi, per quem scándalum venit. Et réliqua.

Homília sancti Hilárii Epíscopi.

*Comment. in Matth. can. 18. post initium.*

**H**umílitas passiónis scándalum mundo est. In hoc enim máximè ignorántia detinêtur humana, quòd sub deformitáte crucis, ætérna glóriæ Dóminum nóluit accípere. Et quid mundo tam periculósum, quàm non recepísse Christum? Verumtamen sub hóminis nuncupatióne, auctórem scándali hujus Judáicum pópulum désignat, per quem omne hoc mundo periculum comparátur, ut Christum in passióne ábnegent, quem Lex & Prophétæ passibilem prædicavérunt. Ideò verò necessè esse ait veníre scándala: quia ad sacraméntum reddénda nobis æternitátis, omnis in eo passiónis humilitas esset explénda.

**R.** Dixit Angelus: Pax

vobis, nolite timere. \* Et enim cum essem vobiscum, per Dei voluntatem eram. **ꝑ.** Ipsum benedicite, & cantate ei. Et enim cum essem. **Benedictio.** Quorum festum colimus.

### Lectio viii.

**V**idete ne contemnatis unum de pusillis istis, qui credunt in me. Aptissimum vinculum mutui amoris imposuit, ad eos precipue, qui vere in Domino credidissent: pusillorum enim Angeli quotidie Deum vident: Quia Filius hominis venit salvare, quae perditae sunt. Ergo & Filius hominis salvat, & Deum Angeli vident, & Angeli pusillorum praesunt fidelium orationibus. Praesse Angelos absoluta auctoritas est. Salvatorum igitur per Christum orationes Angeli quotidie Deo offerunt. Ergo peri-

culose ille contemnitur, cujus desideria & postulationes, ad aeternum & invisibilem Deum ambitioso Angelorum famulatu ac ministerio perveniunt.

**R.** Custodivit me Angelus Domini, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem. \* Et non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari. **ꝑ.** Sed sine pollutione peccati revocavit me vobis in victoria sua gaudentem. Et non permisit. **Gloria Patri.** Et non permisit. **Benedictio.** Per Evangelica.

**Nona Lectio dicitur de Homilia Dominicae occurrentis.**

**Si autem hoc Officium juxta rubricas Breviarii Romani transferendum sit, dicatur sequens nona Lectio cum Benedictione. Ad societatem.**

**F**

**Le-**

## Lectio ix.

**A**Tque ut ingentem esse in cælis lætitiâ réditu humanæ salutis ostenderet, comparationis pòsuit exemplum ejus, qui oves nonaginta novem in montibus reliquisset, & errantem unam requisisset; qua inventa, plus gaudii sit, quam habebatur in nonaginta novem conservatiõe lætitiæ. Ovis una homo intelligendus est, & sub homine uno universitas sentienda est. Sed in unius Adæ errore omne hominum genus aberravit. Ergo nonaginta novem non errantes multitudo Angelorum cælestium opinanda est: quibus in cælo est lætitiâ, & cura salutis humanæ. Igitur & quærens hominem Christus est: & nonaginta novem relictî, cælestis gloriæ multitudo est: cui cum máximo gaudio errans homo in Dó-

mini corpore est relátus.  
Te Deum laudâmus.

AD LAUDES,  
& per Horas.

## Antiphona.

**I**mmittet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum, & éripiet eos.

**Psalmus.** Dóminus regnavit, cum reliquis, ut in festo S. Vincent. Mart. 30.

**Añã.** Benedícite Dómino omnes Angeli ejus: poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus.

**Añã.** In conspéctu Angelórum psallam tibi, & confitêbor nómini tuo.

**Añã.** Benedícite Angeli Dómini Dómino, benedícite cæli Dómino.

**Añã.** Nonne omnes sunt administratórii spíritus in ministérium missi propter eos, qui hereditâtem cápiant salutis?

## Capitulum.

**V**idi Angelum descendéntem de cælo,

lo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à glória ejus.

## Hymnus.

**R**egnator astris imperans,

Perennis & fons glóriæ,  
Cæli supernam régiam  
Sanctis decórat Angelis.

**E**t Angelis Altissimus  
Præcepit, ut custodiant  
Te, fortis ut perambules  
Vias salutis arduas.

**Q**ui te tot ex periculis  
Palmis in altum tollerent;  
Ne forsan ad terrèstria  
Tui pedes impingerent.

**Q**ui semper æterni Patris  
Vultum vident, & máxi-  
mis

Aucti bonis, mortálium  
Mentes ad alta dirigunt.

**D**eo Patri sit glória,  
Ejusque soli Filio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Nunc & per omne sæcu-  
lum. Amen.

ψ. Adorate Dóminum.

ψ. Omnes Angeli ejus.

**Ad Benedictus, Añã.**  
Benedictus Deus, qui mi-

sit Angelum suum : &  
eruit servos suos, qui cre-  
didérunt in eum, allelúia.

## Oratio.

**O**Mnipotens & mise-  
ricors Deus, qui  
Angélicam custódiam ho-  
mínibus, civitatibus, &  
regnis contulisti : concède  
quæsumus, ut Angeli tui  
sancti nos famulos tuos à  
cunctis animæ & córporis  
periculis, & civitatem no-  
stram, ac regnum ab  
omni adversitate próte-  
gant, atque deféndant.  
Per Dóminum nostrum.

**Et fit commemoratio  
Dominicæ occurrentis.**

**Ad Tertiam, Añã.**  
Benedícite Dómino.

## Capitulum.

Vidi Angelum, **ut supra  
in Laudibus.** 42.

**ψ. brev.** Stetit Angelus  
Juxta aram templi. Stetit  
Angelus. **ψ.** Habens thu-  
rí-

ribulum aureum in manu sua. Juxta aram. **G**loria Patri. Stetit Angelus. **ꝑ**. Ascendit fumus aromatatum in conspectu Domini.

**ꝑ**. De manu Angeli.

**Ad Sextam, Añã.**

In conspectu.

**Capitulum. Daniel. 6. f.**

**D**eus meus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi.

**ꝑ. brev.** Ascendit fumus aromatatum \* In conspectu Domini. Ascendit fumus. **ꝑ**. De manu Angeli. In conspectu. **G**loria Patri. Ascendit fumus. **ꝑ**. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

**ꝑ**. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

**Ad Nonam, Añã.**

Nonne omnes.

**Capitulum.**

2. Machab. 12. e.

**D**ominator celorum mitte Angelum

tuum bonum ante nos, in timore & tremore magnitudinis brachii tui.

**ꝑ. brev.** In conspectu Angelorum \* Psallam tibi Deus meus. In conspectu.

**ꝑ**. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Psallam tibi. **G**loria Patri. In conspectu. **ꝑ**. Benedicite Domino omnes virtutes ejus.

**ꝑ**. Ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

**In secundis Vesperis.**

**Añã.** Immitet Angelus, ut supra in Laudibus. 42.

**Psalm.** Dixit Dominus, cum reliquis, ut in primis Vesperis S. Vincent. Mart. & loco ultimi.

**Psalmus 137.**

**C**onfitebor tibi Domine in toto corde meo: \* quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi: \* adorabo ad templum sanctum tuum,



tuum, & confitêbor nò-  
mini tuo.

**S**uper misericórdia tua &  
veritâte tua: \* quóniam  
magnificásti super omne  
nomen sanctum tuum.

**I**n quacúmque die invo-  
cávero te, exáudi me: \*  
multiplicâbis in ánima  
mea virtûtem.

**C**onfiteántur tibi Dómi-  
ne omnes reges terræ: \*  
quia audiérunt ómnia ver-  
ba oris tui.

**E**t cantent in viis Dómi-  
ni: \* quóniam magna est  
glória Dómini.

**Q**uóniam excélsus Dómi-  
nus, & humília réspicit: \*  
& alta à longè cognóscit.

**S**i ambulávero in médio  
tribulatiónis, vivificâbis  
me: \* & super iram ini-  
micórum meórum exten-  
dísti manum tuam, & sal-  
yum me fecit délixtera tua.

**D**óminus retríbuet pro  
me: \* Dómine misericór-  
dia tua in sæculum, ópe-  
ra mánuum tuárum ne  
despicias.

**Capitulum, & Hym-  
nus, ut supra in primis  
Vesperis. 24.**

**v.** Benedícite Dómino  
omnes virtûtes ejus.

**re.** Ministri ejus, qui fá-  
citis voluntâtem ejus.

**Ad Magnificat, Añã.**

Super muros tuos Jerúsa-  
lem constítui custódes: to-  
ta die, & tota nocte in  
perpétuum non tacébunt.

**Oratio.** Omnípotens &  
miséricors Deus. **ut supra  
in Laudibus. 43.**

**Et fit commemoratio  
Dominicæ occurrentis.**

**DIE XXIII. JULII.**

**In festo Ss. Bernardi, Ma-  
riæ, & Gratiaë Marty-  
rum, Ordinis Cistercien-  
sis, duplex in toto Reg-  
no Valentino.**

**Omnia de Communi  
plurim. Martyr. præter ea,  
quæ sequuntur.**

**Oratio.**

**M**artyrum tuórum  
Bernardi, Mariæ,  
&

& Gratiæ memoriã recensentes, supplices te Dõmine deprecãmur: ut in tua charitatẽ radicãti & fundãti, passiones huius tẽporis, amõre illius glõriæ, quæ revelãda est in nobis, invicto ac libenti animo sustinẽre valeãmus. Per Dõminum.

*In primo Nocturno lectiones de Scriptura occurrente.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**B**ernãrdus õlim Amẽtus Arãbico vocãbulo appellãtus, Almanzõrii Rẽguli Carletẽnsis filius, in aula Regis Saraceni Valentiaẽ (nam ei tunc, sicut & magnæ parti Hispaniaẽ Saraceni infidẽles dominabantur) educãtus, adẽo prudentia & industria clãruit, ut ab ipso Valentino Rege ad pertractãda graviõra to-

tius regni negotia, Legãtus in Catalõniam missus fũerit. Sed in itinere ad Monastẽrium Populẽti Cisterciẽnsis Ordinis prodigiõsẽ digressus, illõrum monachõrum pia conversatiõne, & sanctis collõquiis adẽo commõtum & compunctum se sensit, ut abjurãtis mõribus Mahomẽticaẽ sectæ, & depõsito Amẽti nõmine, aqua baptismãli ablutus fũerit, Bernãrdi nõmine suscepto. Deĩnde orthodoxæ fidei dogmatibus plenẽ imbũtus, ibidem Mõnachum induit, ac solẽmnia vota emisit. Quõ seriũs ad Christi fidem Bernãrdus conversus est, eo ferventiõri charitatẽ, ac insigniõri pietatẽ excelluit. Ipsum Cellãrio Monastẽrii prãfecerat Stẽphanus Abbas, apud quem Servus Dei delãtus de fructuum domus profusiõne in pãupes, ipse tam exãctẽ dati & accẽpti ratiõnem reddi-

didit, ut frumentum, vinum, oleum, pecuniãque, & si quid aliud cœnobium adquisierat, redundare in hõrreis, doliis, & thecis palàm constiterit, ac si plùribus duplò congregãtis, nihil omninò ex eis haustum fuisset.

**R.** Sancti tui Dõmine mirabile consecuti sunt iter, serviẽtes præceptis tuis, ut invenirẽtur illæsi in aquis vãlidis: \* Terra apparuit árida: & in mari rubro via sine impedimẽto. **ÿ.** Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrẽntes inundaverunt. Terra.

**Lectio v.**

**V**ergens autem ad senium vir Dei, ad altiõra mentem sustulit, & obtenta ab Abbãte Hugõne facultãte ad consanguineos per Euangélii prædicatiõnem illuminãndos perrẽxit. Illẽrdam priùs ad matèrteram per-

vẽnit, cui Christianæ religiõnis veritãtem prædicãvit, dilutisque mox ejus objẽctis, operãnte interius divina grãtia, illam ad Christi fidem convertit, ac potẽter in ipsa instruxit. Cèlebre miraculum in hoc itinere à beãto Bernãrdo patrãtum refertur de Mõnacho apõstata per ipsum convertito, sed non statim reverso ad Monasterium, qui mox vita functus in clericãli sepultus hãbitu, redeunte viro Dei, & sepulchrum scrutante, in Monachãli cuculla, & tonsura cum ingenti cunctorum admiratione inventus est. Ut autem domum fratris Almanzõrii attingit Bernãrdus, eique sui adventus causam expõsuit, ira infremuit Regulus, ac mortem ipsi minatus est, si Christum prædicare auderet. At sanctus frater Reguli minis insuper hãbitis, sorõres Zorãidam, & Zãi-

Záidam aggréssus, multa  
iis de cælesti pátria, & de  
christiána religiône dissé-  
ruit, illasque ad orthodó-  
xam fidem addúxit, ac  
ipsas de veræ religiónis  
documentis aptè instrúc-  
tas sacro baptismatis fon-  
te expiâvit, álteram Ma-  
riám, Grátiam álteram  
nuncupâvit, & Cister-  
ciénsi Ordini utrámque  
aggregâvit.

**¶** Vérbera carnificum  
non timuérunt sancti Dei,  
morientes pro Christi nó-  
mine: \* Ut heredes fie-  
rent in domo Dómini. **γ.**  
Tradidérunt córpora sua  
propter Deum ad supplí-  
cia. Ut.

### **Lectio vi.**

**I**Mpius verò frater, his  
compértis, statim Ber-  
nárdis frontem coram so-  
róribus férreo clavo con-  
fódi jussit. Mariám au-  
tem, & Grátiam in Chri-  
stiánæ fidei propósito im-  
móbiles, gládio transfigi

mandâvit, anno millési-  
mo centésimo octogésimo.  
Sanctórum Mártýrum cór-  
pora in némore béstiis  
terræ, & volúcribus ex-  
pósita, cùm illæsa diu  
permansissent, in ipso  
martyrii loco sepúlta fué-  
runt. Diútius mansère ig-  
nóta sacra pignora, quo-  
adúsque sub Jacóbo pri-  
mo Rege cælestibus sig-  
nis detécta, ab ipso ho-  
norifico sacélló, & túmu-  
lo marmóreò donâta sunt,  
non procul ab Alzira nó-  
bili Oppido, à quo glo-  
riósus Martyr, hodiéque  
Sanctus Bernárdus de Al-  
zira cognominâtur, & ve-  
luti loci Patrónus cólitur:  
quem propítium, ac po-  
téntem apud Deum inter-  
cessórem plúrimi expérti  
frequénter vísitant, & an-  
niversária festivitâte so-  
lémniter venerántur. Qua-  
própter, & múltiplici  
prece permótu Benedí-  
ctus Papa Décimus tér-  
tius, ut pia fidélium de-  
vó-

votio erga Sanctum Bernardum martyrem magis accenderetur, officium de eo, antea Cisterciensium Congregationi concessum, ad totam Dioecesim, & Regnum Valentinum juxta Rubricas Breviarii Romani ampliandum benignè indulset, sui Pontificatus anno secundo.

*Ry.* Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum: \* Quoniam donum & pax est electis Dei. *ψ.* Qui confidunt in illum, intelligent veritatem: & fideles in dilectione, acquiescent illi. *Quoniam.* Gloria Patri. *Quoniam.*

In tertio Nocturno Homilia in Evangel. Descendens Jesus de monte, ut in Communi plurim. Martyr. secundo loco.

*Ry.* VIII. Hæc est vera fraternitas.

Missa: Sapiëntiam Sanctorum, de Commun. plurimor. Mart. Oratio propr. ut supr. Secreta: Oblatis, quæsumus Domine. Postcommunio: Hæc nos communiõ.

DIE XIX. AUGUSTI.

In festo S. Ludovici Episcopi & Confessoris, duplex majus.

In tota Dioecesi omnia dicuntur de Communi Confessoris Pontificis, etiam Oratio, & Lectiones primi, secundi, ac tertii Nocturni, eæ scilicet quæ habentur primo loco, & fit commemoratio octavæ Assumptionis B. Mariæ Virg. in utrisque Vesperis & Laudibus.

In Metropolitana vero Ecclesia omnia dicuntur de Communi Confessoris Pontificis, præter ea quæ sequuntur.

Oratio.

**D**Eus, qui beatum Ludovicum Confes-

fessorem tuum, atque Pontificem cælesti Regno terræno præponere docuisti, ac puritate illibata, & eximia in pàuperes charitate mirabilem efficere dignatus es, concède nobis fámulis tuis, imitari quem còlimus; ut ejúdem virtútes æmulantes in terris coronàvi cum ipso mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

**In primo Nocturno, lectiones: Fidelis sermo, de Communi Confes. Pontif.**

**In secundo Nocturno.**

**Lectio iv.**

**L**udovicus nobilissimo genere natus Patrem hábuit Cárolum Secundum Siciliae Regem, Matrem verò Mariam Hungariae Regis filiam: adhuc puer in sortem Dómini vocátus, ætatis illius posthábitis oblectamentis, Divino cultui se totum mancipávit. Décimum quartum agens annum unà cum duobus frá-

tribus pro genitòris libertate in bello naváli à Rege Aragóniæ capti, obses ductus in Cataloniam, Barcinòne apud Minóres Sancti Francisci ferè septennio est commorátus, sub eorúmque disciplina in scientiárum stúdiis, ac Sacrae Páginæ adipiscenda eruditione eò progressus est, ut constans fuerit opinio, ipsi pótius fuisse divinitus infúsas, quàm humanitus acquisitas. Verùm majóri conátu cælestis Magístri doctrína spiritum instrúere anhelans, ciliciis, jejúniis, férreis flagéllis carnem afflíxit, assidua ínterim Euangélicæ veritátis meditatióne contemptibília mundi spérnere edóctus Regalis Sólíi fastum calcáre deliberávit, ac de Seráphico amplecténdo institúto, raro humilitátis exémplo, votum emísit.

**Ry.** Invêni David servum meum, óleo sancto meo

unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. *ψ.* Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocēbit ei. Manus enim.

*Lectio v.*

**E**cclésiasticæ militiæ adscriptus, & ad sacros Ordines deinde promotus, ut quod mente statuerat opere firmaret, iuri primogenituræ renuntiavit, & Regno: cumque votum quod Barcinone voverat in monte Pepulano frustra adimplere satageret, illius Coenobii Fratribus timore Regis Patris eum recipere non audētibus, solēmniter renovavit. Mox ad Ecclesiam Tolosanā à Bonifacio Octavo quamvis invitatus assumptus, Romanamque accersitus, & ab eodem honorificè exceptus, electioni de se factæ nullatenus se appensurum declaravit, donec votum, quo se obstrinxerat, Deo

reddidisset. Quare annuente Pontifice habitu Ordinis Minorum, quem semper postea retinuit, ritè suscepto, in manibus Episcopi Portuensis, tunc ejusdem Ordinis Generalis Ministri professionem emisit, hisque peractis, Apostolicis mandatis humiliter obtemperans, Episcopus Tolosanus passus est consecrari. *R.* Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. *ψ.* Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

*Lectio vi.*

**T**olosam ad illius Ecclesiæ regimen profectus, spirituâli animarum lucro totus incubuit; utque ministerium Apostolicum integrè, ac diligenter impleret, salutariis monitis illibatæque vitæ exemplo peccatores  
ad

ad poenitentiam revocavit, pluresque Judæos, atque Gentiles assidua Verbi Dei prædicatione ad Orthodóxam Fidem convertit. Ecclesiasticam disciplinam ubique in commissa sibi Dioecesi promovit, ac restauravit: Liberális in pauperes, viginti quinque ex eis domi quotidie aluit. Puritatem usque ad óbitum à pueritia nitidissimè custodivit: humilitatis tandem, charitatis, atque ómnium virtutum ornamento decórus, annum trigésimum tertium ætatis agens, Bríncolæ Provinciæ Arce, ardenti febre correptus, ad Dómini sui ampléxum, quem in votis semper habúerat, emigravit. Magnis deinde in Ecclesia meritis clarum, & miraculis illustrem, interque plures mórtui ejus intercessiõne ad vitam revocati nume-

rántur; Joánes Vigésimus secúndus, in Sanctórum número rétulit. Sancti Viri Corpus Valentia in Ecclesia Metropolitana repósitum, ibi non intermisso pietatis cultu à fidelibus devotè venerátur.

**Ry.** Iste est qui ante Deum magnas virtutes operátus est, & omnis terra doctrina ejus replêta est: \*

Ipse intercêdat pro peccatis ómnium populórum.

**y.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Ipse intercêdat. **G**lória Patri. Ipse.

**In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Pape in Euang. Homo peregrè proficiscens, ut in eodem Commun.**

**Missa: Státuit, de Commun. Confess. Pontific. præter Oration. propr. (ut supra) & cum Credo.**